Pro huius resolutione quaestionis 1.o noto, quod Deus variis modis potuit fieri homo; potuit sibi creare corpus et animam, et hoc modo assumere independenter a creatione generatione, non dicendo ex Matre originem, nec Nativitate. Et si ex Matre vellet originem ducere, potuit illam formare extra Adami propagationem, ita quod esset formata per solam eius extraordinariam potentiam, et ad Adami posteros non spectaret. 2.o noto, quod maior perfectio est in Angelo, quam in homine; sed cum de ratione maioris perfectione sit, quod inter Deum et hominem sit maior similitudo, quam inter Deum et Angelum; siquidem in homine anima refert Dei effigiem in natura, in Persona et in potentia, in natura: quia ut inquit S. Augustinus serm. 7. de imagine. Sicut Deus est ubique, omnia vivificans, movens et gubernans; ita anima in suo corpore ubique tota viget, movet et gubernat; quod non convenit Angelo: cum non sit substantia ordinata ad vivificandum corpus. In Persona: quia homo procedit a homine, sicut in divinis una Persona ex altera procedit: Angelus vero unus non procedit ab alio. Denique in potentia: quia in hoc est potentia ad corporeas actiones: sicut in Deo: qui cum sit ens continens eminenter, corporeum et spirituale: ac hoc modo potest ex se determinari quae variae anima habet; cum ordinat ad actiones spirituales, et corporeas. quod Angelus habere negat: cum quia sit spiritualis simpliciter, non ordinatur ex sua natura ad actiones corporeas. Unde manifesta manet maior convenientia inter Deum, et hominem, quam Angelum.

Assis, quia notandum, sit una dictio: Conveniently fuit assumi a Verbo natura humana, quam Angelica. Probatur dictio: Verbum assumendo humanam naturam, adoptavit omnes homines, et fuit eorum Redemptor; sed si naturam assumpsisset Angelicam, non adoptasset, nec esset Redemptor omnium Angelorum; cum quilibet Angelus sit distincta species: g. = confirmatur: quia conveniens fuit quod homo Deus esset visibilis, quae invisibilis; sed assumendo naturam humanam est Deus visibilis factus, non vero si Angelicam assumpsisset g.

Probatur 2 dictio: Conveniens fuit Dei perficere totum universum, quae una tantum parte vestitum; sed naturam assumendo humanam fuit totum universum Deificatum, quod non fieret per assumptionem Angelicae naturae: g. Probatur minor: quia ut inquit S. Pater Gregorius Papa homil. 29. in evangelia: omnis creaturae nomine significatur homo: quia habet communem esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus: et intelligere cum Angelis; sed Angelus non est omnis creatura; g. per assumptionem ipsius naturae non esset Deificatum, sicut per naturam humanam assumptionem. = Confirmatur: quia peccante primo Parente, nullus homo remedio indigeret; sed Angeli peccante Lucifero, plures Angeli remanserunt

Art.° Secund.° Solvunt.r objectiones.

Obiices 1°. ea natura magis opportet unibilis Verbo, quae magis habet cum ipso similitudinem. At sic est Angelica respectu humanae: ergo. Probatur minor ex S. Isidoro in lib. de Summo bono dicente: quanto subtilior est natura, tanto plenius assistit ad similitudinem divinitatis expressam. Sed natura Angelica est subtilior, quam humana; cum magis expers sit a soliditate corporea: ergo. = Resp. distinguendo minorem: quae majorem habet a similitudine cum Divina natura, sub ea ratione, qua est ei unibilis, concedo; sub alia ratione, nego. Et hoc habet natura humana, potius quam Angelica: quia ratione suorum, per quam est unibilis est haec; magis exprimunt per haec quo absoluto ordinem dicunt, quod non habet Angelus. Unde quamvis Angelus ratione suae simplicitatis magis exprimat Deum, sub ratione essentiae: quia totus spiritus est non tamen exprimit suorum per modum praedicationis; cum aut hoc modo sit unibilis, inde est etc.

Obiices 2°. assumptio Verbi, sive incarnatio eius fuit, ut pateret eius misericordia. At reparando Angelicam naturam magis appareret misericordia Dei, quam naturam reparando humanam: ergo. Probatur minor: ubi est major miseria, ibi est major perditio: sed major perditio est in lapsu Angelorum, quam hominum; cum fuerit gravius peccatum Angelorum, quam hominis: ergo. = Resp. nego minorem, ad cuius probationem nego: quia in hominis lapsu fuit major miseria; cum omnes homines lapsi fuerint; non vero omnes Angeli.

Obiices 3°. damnum mortale fuit peccatum Angeli, quam hominis; At peccatum mortale est irremediabile: nam ex eo mortale dicitur: quia mortem aeternam inducit, et per peccatum damnationis reum reddit: ergo damnum hominis, quam Angelus erat incapax redemptionis; aut inde non fuit conveniens Deum, quam alium reparare. = Resp. distinguo minorem: At peccatum mortale est irremediabile vel negative, vel privative, sive formaliter, dico vel negative, ut privative, ergo, et non dicitur negative est irremediabile, quod nullo modo remitti potest. Et sic est peccatum Angeli, et damnatorum. privative est, quod non habet aliquid dignum, per quod remitti debet. Sic est peccatum in Spiritum Sanctum, ut dispersero etc. Variae vero est, quod habet dispositionem ad remittendum, sine qua nullo modo remitti potest. Sic hominis peccatum erat irremediabile, non vero duobus primis modis: et sic non est eadem ratio de reparatione hominis, ac Angeli.

Dubit: an tempore conveniente facta fuerit incarnatio? Resp. affirmative: quia Deus fuit Medius utriusque in finem; ergo quaecumque in forma est conveniens adventus Medii. Ergo. Probatur quia conveniens fuit, ut non fuerit ab initio Mundi, nec differetur usque ad finem: ergo.

Disputatio 3.ª De Necessitate Incarnationis.

Nulli dubium est, quod aliquid potest esse conveniens, quin simul necessarium sit; quapropter visa iam convenientia huius Mysterii, ad examinandam necessitatem eius pergimus. Ideo sit:

Quaestio 1.ª An Verbi incarnatio fuerit necessaria?

Art.° 1.° Aliquibus suppositis resolvitur quaestio.

Supponendum est 1.° per huius quaestionis maiori claritate, quod omnes homines post peccato Adami fuerunt obnoxii, et debitores condendi, et dictiones, ut docet ex Concil. Trid. Sess. 5. Cap. 2. = 2° est supponendum, quod necessarium, ut ad praesens attinet, est in duplici differentia: nam aliud est absolutum, et hypotheticum aliud: sive ut dicunt Theologi dicunt, Unum est necessarium antecedens, et aliud consequens. Cum illud est, quod Deo ita est, ut illi repugnet non esse. Sicut Deus necessario existit, ut repugnet non esse Deum. 2um vero est, quod res dicitur necessaria ex suppositione, quod ita sit. Ut ex suppositione, ad hoc currat, necessarium est ipsum moveri; non tamen necessarium est ipsum currere. de Ista necessitate non est quaestio: siquidem nullus Theologus fuit, qui asserere incarnationem illam fuisse necessariam, ut dictionem simpliciter Deus non adimpleret. Unde est de 2.ª necessitate.

3°. est supponendum, quod utraque necessitas potest dividi dupliciter. Uno per respectum ad finem, dicitur in ordine ad media. et de 1.a est quaestio. Et hic adhuc est duplex. Una simpliciter requisita,

et solum dicitur quid. 1a est, sine qua absolute loquendo finis obtineri non potest. Sic v.g. est necessaria navis ad mare transeundum. 2a est, quae deducit solum ad modum commodiorem finis obsequatur. V.g. equus est homini necessarius ad iter agendum. His suppositis duo in presenti inquirimus. 1um est: an supposito hominis lapsu, necessaria fuerit incarnatio ad eius reparationem. 2um est: an supposito, quod Deus decreverit hominem reparare, opus fuerit illius reparationem per incarnationem efficere, quod ex sequentibus dicendis patebit.

Sit 1a dico: supposito hominis lapsu non fuit incarnatio simpliciter necessaria. Haec dictio est D. Subt. in 3. d. 20. q. unica § ad istas quaestiones et probatur 1o ex Sacra pagina: nam Sapientiae dicitur: quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? ergo non fuit necessaria simpliciter incarnatio, cum soli liberalitati Dei tribuatur. = Probatur ex D. Athanasio lib. 3 contra Arrianos, ubi sic inquit: Poterat Deus vel ante adventum Christi solummodo loqui, et solvere maledictionem: ergo.

Probatur ratione 1o: illud est necessarium simpliciter ad finem obtinendum, sine quo finis obtineri non poterit; sed reparatio hominis lapsi potuit obtineri sine incarnatione: ergo. Probatur minor: quia Deus potuit gratis condonare peccatum, et remittere illud, non exigendo satisfactionem: ergo. Deinde probatur: quia ut tenet V. Subt. D. Scot. in 3. d. 20. de potentia absoluta Dei potuit creatura Deo satisfacere pro peccato mortali: ergo satisfactio potuit exhiberi absque incarnatione; atque ideo etc.

Sit 2a dico: supposita voluntate Dei ad satisfactionem peccati non fuit simpliciter necessaria incarnatio. Est D. Subt. in 3. d. 4. d. 1. q. 1. et probatur ex D. Aug. lib. de agone Christi cap. 11. dicente: Sunt stulti qui dicunt, non poterat aliter Sapientia Dei homines reparare, nisi susciperet hominem: ergo incarnatio non fuit necessaria simpliciter ad hanc supposita Dei voluntate. Probatur: quia si esset simpliciter necessaria, non posset non esse ad reparationem hominis; sed ex D. Aug. potuit fieri reparatio absque incarnatione: ergo.

Sit 3. dico: supposito decreto ab aeterno de incarnatione in tempore faciendo, talis incarnatio fuit necessaria ex suppositione, sive necessitate consequentiae. Probatur dico: quia necessarium ex suppositione est, quod non potest non evenire ex suppositione; sed supposito, quod Deus ab aeterno decreverit verbum incarnari in tempore, non poterat in tempore non fieri incarnatio: ergo.

Nostrae secundae adversa jacula franguntur.

Contra 1am dico: Arguitur 1o: si supposito hominis lapsu non esset simpliciter incarnatio necessaria, posset gratis et liberaliter condonare culpam: sed falsum est: ergo. Probatur minor: quia Deus debet servare justitiam; sed in tali condonatione gratuita culpae non esset justitia: ergo. = Respondeo negando minorem, ad cuius probationem nego antecedens: debet servare justitiam negativam, concedo; positivam, nego. Justitia negativa est, non facere injustitiam; justitia positiva est, quod semper teneatur ad rigorem justitiae. Ad hanc semper Deus tenetur; non vero ad istam.

Contra ea insto: sicut justum est punire malos, ita injustum est eos non punire: ergo Deus injuste operaret, remittendo gratis peccata etc. = Respondeo distinguendo antecedens: sicut justum est punire malos, ita injustum est eos non punire, in judice inferiori, concedo; in judice supremo, nego. Quia iste, cum sit legum conditor et non teneatur legibus, potest uti ex rationabili causa peccata remittendo; non vero sic judex inferior: quia hic tenetur operari iuxta leges [illegible]; cum autem Deus sit supremus judex, [illegible].

Contra 2am dico: Arguitur: supposita voluntate Dei ad peccati satisfactionem fuit necessaria simpliciter incarnatio: ergo. Probatur antecedens ex D. Cyrill. lib. 5. Thesauri cap. 7. dicente: [illegible] debuit aliter reparari necessario Deus factus est homo. et D. Ambr. ad Hebreos 3: tantum fuit peccatum nostrum, ut salvari non possemus, nisi unigenitus filius Dei moreretur pro nobis: ergo. = Respondeo negando antecedens, ad cuius probationes ex auctoribus [illegible] necessitate [illegible], quia ut dictum manet, non erat Deus obligatus ad talem satisfactionem per incarnationem; cum potuerit per Angelum vel hominem id facere. Ad quod [illegible] in sequenti quaestione videbitur.

Arguitur 3o: peccatum habet infinitam malitiam: ergo solum a persona infinita potuit deleri per condignam satisfactionem; atque ideo fuit simpliciter necessaria incarnatio ad satisfactionem supposita voluntate etc. = Respondeo cum Subt. D. Scot. negando antecedens: quia ut ponderat V. doctor, peccatum non est infinitum, nisi quia separat ab infinito, ut inquit Scot. in 4. d. 50. q. 6: peccatum non dicitur infinitum, nisi quia separat ab infinito, vel quia formaliter malitia [illegible]
et sic [illegible]

hoc n. poterat satisfacere p. aliis; cum solum sibi mereri valeat gratiam: ac sunt scripta negativa incarnatio ad mereri; et ad condigne satisfaciendum. — Contra hoc venit esse bene pro voluntate, n. de absoluta. et ut melius videatur, in sequenti quaestione notum erit. quare sit.

Quaestio 2.a An pura Creatura potuerit condigne et ad aequalitatem Deo satisfacere pro peccato hominis?

Art. 1.us aliqua notantur ad resolutionem.

Praesens quaestio quae valde celebris est in hac materia; de cuius meliori intelligentia aliqua notanda. Est 1.um quod hic per puram creaturam n. intelligunt theologi Angelum vel hominem in puro naturae statu; quia supponunt D. Subt. et alii, quod haberet plenitudinem gratiae, et alia supernaturalia dona, quae Christus habuit, excepta sola unione hypostatica: quo de solum est sensus, quod pura creatura excludat unionem hypostaticam cum divinitate; n. vero gratiam sanctificantem, et caetera dona supernaturalia. Sive sensus est: an Angelus vel homo, qui sit Deus, ut Christus, si sit sine peccato originali, et haberet tantam gratiam, quantam Christus habuit, potuerit condigne pro humano peccato satisfacere, et eos redimere, supposito decreto Dei de condigna satisfactione exhibenda.

2.o est notandum, quod Scot. in 4. d. 15. q. 1. § Ideo. sic. Ad scire satisfactionem in communi est sciendum est redditio voluntaria aequivalentis, alias indebiti. cuius definitionem p. singulas explicat per hoc ipse D. dicit redditio ut genus et denotat, quod n. est simplex oblatio, sed debiti redditio: et quod satisfactio est actus justitiae, et ad alterum. ponitur voluntaria; quia est actus virtutis justitiae, et omnis actus virtutis moralis debet esse voluntarius: et ita quoque ut intelligatur, quod satisfactio debet esse ex libero arbitrio; nam si ita n. esset, potius diceretur satispassio quam satisfactio. dicitur aequivalentis, n. aequalis, quia n. requirit in satisfactione aequalitatem in entitate, sed in valore et aestimatione. ponitur denique § alias indebiti; ut denotetur, quod illud, quod redditur, n. debet esse alio titulo debitum.

Jam de 3 explicatur satisfactio absolute. 1.a est, quae continet omnes conditiones, quas positiva definitio explicat. et haec vocatur satisfactio ex toto rigore justitiae; quia est satisfactio perfecta. 2.a est in qua n. requirit ultima conditio, nempe, alias indebiti, et haec nuncupatur satisfactio condigna, et ad aequalitatem; quia sive id, quod reddit, sit ex gratia creditoris, tamen de vero exigitur redditur aequale debito. 3.a est, in qua deest aequalitas, et vocatur de congruo; quia licet acceptet creditor pro toto debito, tamen hoc est ex sua liberalitate remittendo partem debiti. vide cum dicitur satisfactio imperfecta.

3.o est notandum, quod satisfactio adhuc est 2.x in aequalitate; nam una est aequalitas Geometrica; et altera Arithmetica. 1.a est, quae ex justitia distributiva magis debet satisfactio personae digniori, et quae minus digna. 2.a vero est, quae ex justitia commutativa tantum dat quantum. v.g. decem nummi pro decem, sive tantae levitatis, veniens paritur gravior offensa, sed est duplex Arithmetica, nempe et Geometrica. Et in peccato n. cernitur 1.o modo, sed solum in 2.o

4.o est supponendum, quod opus meritorium habet duplicem acceptationem. una est habitualis, et actualis altera. 1.a est, quae datur p. gratiam habitualem, vel aliud Dei supernaturale donum, quod dignificat personam principaliter, et ultimate et commendantur opus personae. et haec est acceptatio passiva. 2.a vero est, quae ultimate cadit super actum meritorium, et intelligitur super addita gratiae per novum Dei voluntatem et legem positivam, p. quam promittit dare praemium supernaturale pro tali opere. et haec acceptatio est activa, et n. confert operi meritorio dignitatem aequalem praemio, Bellarm. supponit ex vi primae acceptationis, vel, ut Subt. D. innuit in 1. d. 17. q. 2. quod acceptatio facit opus dignum vitae aeternae, ergo confert valorem ad tale praemium et pretium, loquitur de 1.a acceptatione, n. vero de 2.a ut ex textu Scoti ostendit Vide Mastr. 3. d. 3. q. 1.

Ex qua doctrina bene infertur, quod docet Subt. D. in 1. d. 13. q. 3. § Ad tunc est ulterius. et in 3. d. 19. § In ista quaestione. sic, quod nullum opus est complete meritorium independenter a acceptatione Dei. cuius ratio est: quia seclusa acceptatione de conferendo praemio, potest Deus nullum conferre praemium intuitu illius operis. opus, tale opus habeat maximam dignitatem in ordine ad omnia, quia Christus habet supremum dominium. Jam omnia

opera Creata, poterit Deus illud opus acceptare titulo Creatoris, etsi nullum premium debere operanti: ergo vel opus caruit premio, nec aliud est, vel condescensionis Dei promissio, sive pactum debentis premium pro dato opere.

Supponendum est 3º, quod adhuc de potentia absoluta, nulla Creatura potest ex rigore satisfacere Deo omnino condolentis satisfactionis Christi: quia valor satisfactionis satisfacientis fuit de alioquin infiniti, quia quid (ut postea videbimus) Christi dominus satisfactio, valor autem condignitatis non solum fuit sufficiens sed etiam superabundans. = Denique supponendum est, quod satisfactio a pura Creatura nunquam esset ex toto rigore justitiae quod est eius in nostra se, tum nec Christus sic satisfecit, ut suo loco dicemus. Unde sensus huius quaestionis est: an pura Creatura supposita gratiae plenitudine quam Christus habuit, potuerit Deo satisfacere ex rigore adaequante gravitatem offensae ipsi illatae, ita quod respiciendo dignitatem et condignitatem satisfaciendi pro peccato. Contra quam distinguunt sic: Aliqui ut S. Th. ac quid. alii sentiunt, ut sequitur de potentia.

Sit ergo nostra dicendum: *de potentia Dei absoluta, et dignitatem eius extraordinariam disponentis, potuit pura Creatura Deo satisfacere ad aequalitatem pro peccato generis humani.* Hic est Suar. d. in 3. d. 20. n. 9. et probatur ex eodem loco citato, § de illud. Ubi inquit: *Unus purus homo potuisset satisfacere pro omnibus, si fuisset receptus sine peccato et habuisset summam gratiam, quam Christus habuit. Sicut potuisset fieri de possibili:* ergo Dixit d. W. Subt. Doc.

Probatur ratione dicti: ut homo satisfacere de alia de condigno et ad aequalitatem, sufficiens est, ut eius opus, quod sit tantae dignitatis quantae indignitatis fuit peccatum: sed homo dictus capiens totius generis humani, summa gratia, aliisque potentiis donis supernaturalibus, eliceret potentiam actum Charitatis, vel obedientiae, tantae dignitatis, quantae indignitatis fuit Adae peccatum: ergo. Probatur minor: ille actus Charitatis haberet omnia principia, unde sic dignificari posset, opposita principiis, quibus indignificatum fuit peccatum Adae: ergo esset aequalis et condignus dati actus. Probatur consequens: quia tota gravitas peccati provenit a principiis, et motivis, et circumstantiis: ergo.

Ans. Sic probatur:

Adae peccatum fuit tantae gravitatis vel ratione personae peccantis, vel ratione Dei offensi, vel ratione et naturae actus peccaminosi: sed haec omnia essent in actu Charitatis istius hominis puri, proportionaliter: ergo. Probatur minor 1º: quia Adamus, qui fuit persona peccans, non erat dignior isto puro homine, quem supponimus sine originali labe receptum, et omnigena perfectum: ergo. = 2º: quia Deus ipse quem eliceret actum Charitatis, esset idem Deus, quem Adae peccatum offenderat: at actus Charitatis est magis gratus Deo, quam peccatum displicens; cum Deus sit pronior ad bonum, quam ad malum; et actus malus non sit magis oppositus Deo, quam bonus actus illi conformis: ergo. = 3º: quia peccatum in ratione offensae et injuriae non est simpliciter infinitum: ergo nullo ex capite repugnat actum Charitatis elicitum a dato homine puro aequalem offensae, sive injuriae Deo illatae: atque de Dei.

Probatur 2º. ratione: quia in peccato sunt malitiae morales, quae videlicet destruunt in primaevae rectitudinis debitae, in esse actuum, aversio a Deo, et conversio ad Creaturam. Ratione autem peccans ultimum finem ponit in Creatura, et Deo facit injuriam, illi auferens honorem finis ultimi: sed haec omnia redderent Deo per actum Charitatis elicitum a puro homine in gratiae plenitudine dicto: ergo Deo satisfaceret aequaliter. Probatur minor: quia talis actus esset rectus rectitudine debita, cum esset moraliter bonus; et ratione illius recti actus restitueret Deo ratione finis ultimi; ut est evidens: ergo per talem actum redderent Deo omnia, quae per Adae peccatum fuerunt ablata: ergo.

Probatur 3º. dicti ratione, et est ratio dicti ratione Thomistarum: ideo Christus ad dictum non potuit purus homo Deo satisfacere de condigno et ad aequalitatem, quia peccatum est infinitum in ratione malitiae: sed hoc falsum est: ergo. Probatur minor: quia si peccatum esset infinitum in ratione injuriae, vel esset infinitum infinitate extrinseca et absoluta, vel intrinseca et finali; sed haec ratio nulla est, ut non possit homo Deo satisfacere: ergo. Probatur minor: quia si est infinitum peccatum extrinsece et absolute, aliud poterit a puro homine: quia eius opera tenderent etiam in ipsum Deum, ut in obiectum infinitum, ergo pariter haberent illam infinitatem extrinsecam, et absolutam.

Si dicatur peccatum est infinitum intrinsece et finaliter? Ad hoc sic argumentor: ergo si unum peccatum non esset maius alio in ratione offensae, et injuriae: At maior offensa ex eo oriri

minor: quia eodem ā SS. PP. explodit exemplo Stoicorum omnia peccata in eadem gravitate ponentium, quia attendebant Deum absolute offensum, qui in peccato quolibet peccatum est maius alio in ratione offensae: quae non est infinita in ratione, cum infinita nil sit maius: ergo de &c.

Item D. Thomas, quod offensa, et iniuria crescit iuxta dignitatem personae offensae. ut cum peccatum sit contra Deum, qui est infinitae dignitatis, inde est quod censeatur habere malitiam infinitam. = Resp. 1°: quia falsum est quod peccatum solum crescat iuxta dignitatem personae offensae: quae nulla est solutio. Prob. ans.: quia cum peccatum veniale cresceret infinite in ratione offensae cum sit contra Deum; sed hoc est falsum, licet similiter ratione magis parum: quod. = Resp. 2°: quia minus peccatum est gravius alio in ratione malitiae, si fiat cum maiori cognitione: quae pariter erit cognitio in ratione offensae. prob. cons.: quia malitia ideo est talis, quia est deliberata; sed offensa etiam voluntaria est: quae quod auget peccatum in ratione malitiae, illud crescit in ratione offensae: sed in ratione malitiae non auget sive ex dignitate personae: quae nec in ratione offensae.

Tandem: quod peccatum est Dei offensa et illius offensa eodem modo voluntario, sic crescendo cognitione; sed Dei cognitio potest esse minor, et minor: quod eo modo, quo crescit cognitio in peccato, erit ipsum peccatum; sed in peccato esse potest ignorantia, ut minor cognitio: quae si ratione cognitionis est maius peccatum, etiam ratione ignorantiae erit minus. Prob. haec cons.: quia si cognitio auget peccatum, ita ignorantia illud minuet. ut pt.: nam si puer, et amens regem percuteret, minor offensa esset, quam si quis cum cognitione; sed non alia ratione nisi, quia esset minor cum cognitione, quam ille regem percutit: quae maior gravitas non provenit ex dignitate personae offensae.

Resp. 3°: quia gravitas offensae non crescit arithmetice ad aequalitatem personae offensae, sed ad proportionem cognitionis, quam habet de illa et gravitatis magis, in qua versatur: quae cum offensa similiter ex his capitibus, numquam erit infinita et sive sit infinitum, datum facto non offendit. Prob. ans.: quia si cresceret gravitas offensae arithmetice ad aequalitatem personae offensae, etiam arithmetice cresceret obsequium: nam sicut quo dignior est persona, quae offenditur, eo gravior est offensa; ita quo praestantior est persona, cui honor exhibetur, eo etiam praestantior erit honor exhibitus: quae pariter crescit honor: quod si est actus honoris ratione personae, quae admittatur, peccatum cresceret in ratione offensae iuxta aequalitatem arithmeticam personae offensae, datum honor exhibitus aequivalet offensae; cum etiam crescit ratione personae, cui exhibetur modo sic: falsum est quod sic crescat honor ratione personae cui exhibetur: quae et quod crescat peccatum ratione personae offensae: ergo de peccatum non est infinitum; proinde quod potest purus creatus satisfacere pro illo.

Ad 2. Solvunt Thomistarum argumenta.

Arg. 1° ex D. Ambr. cap. ... ad hebraeos verbis: tantum fuit peccatum nostrum, ut salvari non possemus aliquo modo, nisi unigenitus filius Dei moreretur pro nobis. et S. Leo Serm. 1. de Nativitate, ait: nisi esset verus Deus, non afferret remedium; idem faciunt Aug., Cirill. Alex. et D. Thom.: quod ex mente SS. PP. non potest purus homo satisfacere Deo ad aequalitatem pro aliorum peccatis, sed requiritur ad satisfaciendum persona quae sit homo-Deus.

Resp. 1° istos authores loquutos esse, quia SS. PP. loquuntur de puro homine excludendo gratiam sanctificantem, et ordinem supernaturalem, sive de homine in originali peccato existente. = Resp. 2° quod SS. PP. loquuntur de satisfactione superabundante, quam purus creatus ex natura non potest: sed ad eam requiritur, quod satisfaciens sit simul Deus et homo; non loquuti sunt de satisfactione ad aequalitatem, de qua agimus. = Resp. 3°: SS. Patres, prius eloquuntur de satisfactione supposito decreto, quod Deus voluerit ex rigore satisfactionem, ut ubi abundavit delictum, ibi superabundaret gratia. quod est eundem; nam iuxta plurimos SS. PP. determinavit potius Deus hanc reparare, ut hoc Christo adiuncto carnis. ut patet. D. Aug. lib. de agone Christi cap. 11. dicens: sunt stulti, qui dicunt: non poterat aliter sapientia Dei homines reparare, nisi susciperet hominem: quod

Arg. 2°: ut homo dignus satisfaciat pro peccato debet reddi opus tantae dignitatis, quantae malitiae fuit peccatum; sed purus homo etiam tota vita sua non potest elicere opus tantae infinitatis, quantae malitiae habuit peccatum: quod

Prat. min: quia pecc. ē in finitum in rat. offensæ; d. aut. puni hay esse finitum in bonitate: f. Prob. maj: quia pecc. crescit ex dignitate personæ offensæ; d. peccat. ē contra Deum, q. ē infinitæ dignitatis; f. = Resp. n. min., ad cuius p. bat. trat. maj., et f. sing. distingo: pecc. crescit ex dignitate personæ offensæ ad aliquid, nego: quae aliquam proportionem dd.

Vel aliter disting: crescit relative ex dignitate personæ offensæ, do. crescit intrinsece et formal. subdistinguo: crescit juxta capacitatem aut. offendentis, tr. crescit supra capacitatem aut. offendentis, nego suppositum. Videlicet, quod aliquid possit crescere supra eius capacitatem; q. omnes fere tribuunt effect. suum juxta suam capacitatem; ratio cum dicunt, quod quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur. quod patet etiam in lapide, ing. si ponat. [illegible] nullatenus ei tribuere videndi effectum; cum lapis sit incapax recipiendi talem effectum.

a paritate dictat, quod pecc. n. ē intrinsece infinitum in rat. offensæ; quia cum aut. offendens ex omni principio finitus sit; inde ē, quod ad infinitatem n. habeat capacitatem, ex q. clare infert, quod solum relative ē infinitum, et sic, proxima nos [illegible] in finitis. Idem hoc crescit geometrice, hoc ē, aliquis pecc. minorem, quam creat circa dignum obiectum, majorem habet indignitatem, quam habet, quod distat circa obiect. minus dignum; n. do crescit intrinsece habet obiectum; ing. dendit. [illegible] sicut n. habet [illegible] malitiam, quanto plus

Ad 1um. Inpos. iniuria ē illata excedit iniuriam factam cuicumque personæ, etiam digniori; quod ē infinita. Prob. ant.: quia ex eo infert dicere infinitum in rat. entis, quia excedit quod cuncto ens, etiam perfectus, perfectum: q. = Resp. 1° dist. ant.; Deus ē in finitus in rat. entis, quia excedit omne, nego. quia ex deo facta: quia n. [illegible] contineat entia formaliter, do. eminenter, [illegible] q. n. reponit in iniuria sup. infinitum personæ offensæ, do. propter aliqua infinita [illegible]: [illegible] in finitis relative [illegible] substantia, nego supposit., nervos q. [illegible] aliud ē clara in aeternitatibus; nos recipit obiect., sicut Deus, quod obiectum ē supra ordinem, et dari n. ad mitendi ad iram infinitis simpliciter in talis actu. et magis [illegible] recipientis, paritas [illegible]

2° inst.: ad infinitatem n. requirit, q. aut. offendens sit infinitus: q. nulla ē [illegible] Prob. ant.: quia ab actu finito [illegible] potest peccatum infinitum: q. Prob. ant.: nam si quis [illegible] sit offensa, esse finitus. Prob. maj.: quia si alterius in maj. [illegible] Deus quod [illegible] offensa, ob dubio [illegible] peccat.: q. pari ratione. = Resp. n. ant. ad cuius p. bat. [illegible] ant. et maj. [illegible] et [illegible] q. nec con. cum disparitas [illegible] quia [illegible] n. ē incapax crescendi in gradu rat. alicuius [illegible] ad [illegible] ē intrinsece finitus, n. habet capacitatem ad crescendum in infinitum; inde [illegible] quamvis perfectus [illegible] offensus [illegible] in finito offendisse.

Ang. 3°: gravitas pecc. attendit rat. personæ gravitatis offensæ; dignitas [illegible] satisfacere personæ satisfacientis: personæ offensa est Deus, [illegible] in finit. Persona autem satisfaciens ē creatura, quæ ē finita: q. [illegible] gravitas in finitis: q. [illegible] maj. dictat ex illo [illegible] axioma: Honor in honorante, et iniuria in [illegible] offensi. = Resp. dist. maj.: gravitas pecc. attendit rat. gravitatis personæ offensæ, [illegible] geometrice, n. [illegible] dignitatis personæ offensæ, n. [illegible] ad [illegible] 1° n. [illegible] axioma: quia hic honor [illegible] rat. personæ honorantis; nec iniuria rat. personæ offensæ; [illegible] honor [illegible] habeant [illegible] principia.

Resp. 2°, et melius [illegible] dedi. non [illegible] axioma: honor [illegible] Deus a patientis geometricum, do. [illegible] patens [illegible] quia maj. honor [illegible] personæ dignior [illegible] honor a persona [illegible] digna [illegible] et maj. [illegible]

Argr 4 ex eod. medio: pectm malu in… bono, quo privat, sive a quo avertit: quia privaões ex suis oppositis mensurant… privat nos Do summo et infto bono. = Rx 1o Retorq. do argtum… gravitatem sumit ex bono quo privat. et dignitas obiecti; etiam sumit ex bono, … aut de Agentis gravitatem pecti. = Rx 2o omissa mai, disto minor: pectm privat nos Do bono infinito finito modo attingendo, do modo infinito attingendo, nego minor… atq pectm privat nos bono infto, per obiectum, et finitus attingendo, … nempe finitis sit finitus, inde e, quod modo finito attingat. ex quo clare colligit, quod solum ex parte, et relative pectm sit infinitum, quod libenter concedimus, et ptnos nil facit.

Argr 5: Lethale pectm meret pena simplr infinita: ergo supponit pena talis culpam infinitam simplr; aliter Ds iniuste puniret. = Adver S. S. in 3. d. 19. q. 1. ad 3 ad 3um. et 3. d. 20. q. 6. in fine. neg. do antis: pectm mortale meret penam infinitam extensive, non intensive, sive meret penam infinitam in duratione. pro quo quod sicut pena infert infinitum in pecto: ergo etiam infert infinitum in actu charitatis istius huius puni; … pro tali actu meret beatitudo in infinitum duratura: ergo argtum.

Dicendes: ergo pena e infinita in durae: ergo etiam pectm erit infinitum, cum pectm sit causa pene. = Rx iuxta antem doctrinam, isto ante disto, dopns: ergo pectm erit infinitum extensive, do. infinitum intensive, nego. atq pena e infinita in duratione; quia cum in voluntate damnatorum duret pectm, ideo etiam durat pena. ut vtingt D. Aug. de fide ad Petrum circa medium: permanebit eius iniquitatis malo, permanebit etiam retributionis damnatio. non quia damnati actu demereant, quia sed in Deo; sed quia cum voluntarie ceciderunt e hac vita, ideo voluntarie se obiecerunt pene in aeternum duraturae. quod explicat S. D. in 4. d. 46. q. 4. ad 2um. de servo sese in foveam proiciente; ex qua exire non valet, sine sui dni auxilio, quod servus per se e ex se voluit, sive volendo voluit semper in illa fovea manendi.

Argr 6: ex sua natura pectm e dei destructivum. cum privat Do ex dignitate finis ultimi; et illum … nititur: quia pectm e aversio a Do, et conversio ad creaturas, ergo ex natura sua habet malitiam simplr infinitam. = Rx disto ans: e destructivum dei ex parte, do infinite, nego. vel aliter: natura, do infinite et phil, nego. vel aliter: infinite, nego. ex parte, subdistinguo: ex parte pro affectu indebito, finito modo tendendo, do. infinito modo tendendo, nego. atq … finis ultimi Do auferat per pectm, tamen iniuria Do illata nullum infert damnum in re ipse in Do. ut dicitur ex 35 Job, ubi inquit: *Si peccaveris, quid ei nocebis? et si multiplicatae fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum?* et ad solvendas plurimas argtorum ad veritate, quod pro pectm Ds in se non laedit, nec … Ds, … ex parte.

Argr 7: satisfao, que supponit pacem debiti veniae, non e ad aequalitatem talis esset istius huius puri satisfao: ergo … pars debiti pecti. atq erat carentia istius puri huius: sed hanc supponit a Do veniae, ideo puri huius, cum ipse mereri non posset sui eliciti: ergo … quia principium meriti non cadit sub merito. = Rx 1o retorq. do argtum: ergo Xpti, Dmi satisfao non fuit ad aequalitatem. … quia pars debiti pecti… fuit carentia redemptoris. sed Xptus supponebatur venia … tale pena, cum Xptus non potuerit mereri incarnaoem: ergo Xpti satisfao non fuit ad aequalitatem; modo sic: hec coa e falsa: ergo una ex pmissis, … ut e … : ergo mai, aut de falsum fundamentum ad … .

Rx 2o … mai, neg. do minor, ad cuius pbaoem mai distinguo: pars debiti pecti quo ad culpam erat carentia istius puri huius, nego. quo ad penam, subdistinguo: quo ad penam subiective acceptam, nego. obiective acceptam, do. atq pena potest considerari dupliciter, obiective, et subiective. obiective considerat, cum attendit ipsa pena ad quam hoc ordinat. subiective vero cum attendit ipsa indignitas peccatoris, in qua fundat, … quod habet obtenius, ut obtenderis tali, vel tali pena mulctetur. carentia istius puri huius, e pena obiectiva pecti. …

decernret punit hominis ad satisfaciendum, aliquam partem debitae poenae remisisset, sed liberaliter remi-
sit in satisfactione Christi Domini; et nec damnum non remisisset eius quod habet ad satisfaciendum condigne, in
pectore rationis offensae peccati, et ad mulctandum ipsum peccatorem poena aeterna, ideoque non remi-
sisset partem illius poenae subeundae. Arg. 8: ista non est satisfactio condigna, quae ex se debitum non

aequat, sed indiget gratia et acceptatione creditoris; sed huiusmodi esset ista puri hominis satisfactio;
ergo non est aequalis. Pr. min. quia non poterat purus homo satisfacere Deo nisi per actus supernaturales;
sed ad hos eliciendos requiruntur supernaturalia principia gratiae et auxilia Dei: ergo = R. 1. retorquendo
argumentum: quod Christi Domini satisfactio non fuit aequalis; cum fundata fuerit in gratia et acceptatione Dei.
quod nullus apparet in Theologia sententia = R. 2. nego maiorem; quia condigna satisfactio non
excludit gratiam habitualem, aliaque supernaturalia dona, quae sunt in huiusmodi principia meriti de con-
digno; quod patet in iustis, nam gratiam et acceptationem Dei habent in operibus condignis ad vitam
aeternam.

Sed dices: ille dumtaxat satisfacit condigne, qui de suo solvit, quod ad debitum solvendum
est satis; sed purus homo ex suis non solvit sed ex gratia et acceptatione Dei: ergo eius satisfactio non est condigna. =
R. distinguo maiorem: ille dumtaxat satisfacit condigne, ex toto rigore iustitiae qui de suo solvit, concedo;
condigne seu aequaliter, nego. Et distinguo minorem; sed purus homo ex suis non solvit sed satisfaciens ex rigore
iustitiae, concedo; ad satisfaciendum aequalem ad offensam, subdistinguo: ex suis non solvit cum dominio proprie-
tatis, concedo; ex suis cum dominio libertatis, nego; ideoque ad condignitatem solum attendit aequalitatem valo-
ris operis satisfactorii cum offensa solo cum dominio libertatis in merendo et satisfaciendo. Veniendo
in nobis, quod non solum est actus virtutis, et etiam supernaturalis, sed etiam per actus [illegible] merentur de condigno
apud Deum; quamvis dolor operum ex multis titulis debita et [illegible]: quia sunt a nobis cum vero
dominio libertatis, reddente Deo alios titulos. Unde ad satisfactionem rigorosam exigitur ratio, ut sit
alias indebitum.

Sed adhuc urges: talis satisfactio puri hominis poterat recipi a Deo: quia alio titulo est
debita: ergo non est satisfactio cum dominio libertatis, ut pendet. = R. distinguo antecedens: poterat recipi a
Deo, quia Deus cogi non potest a creatura, concedo; poterat recipi a Deo, quia non sit aequalis peccato, nego.
Verum non est, quod satisfactio puri hominis recipi potest a Deo: cum multis aliis titulis sit Deo debita. Quare nec
non potest, quia ipsa satisfactio non sit aequalis peccato; et cum hoc in sensu procedat, negandum, unde est [illegible].

Arg. 9: pro peccatis [illegible] fuit satisfactio necessario requirenda: quod opus meritorium alicuius personae singularis
aequalis esse non potest [illegible] dicere [illegible]. = R. 1. nego [illegible], quia de potentia absoluta Dei posset dari aliqua
persona singularis esse ita intensa, ut omnibus aequaleat peccatis. = R. 2. nego suppositum, dicentes
nempe quod sit persona singularis, quia ut supponimus, talis homo purus esset [illegible]. Arg. 10:

Meritum condignum hominis dumtaxat esse potest pro se ipso: quod repugnat condigna satisfactio puri hominis pro
aliis. = R. 1. distinguo antecedens: meritum [illegible] pro se, quod de [illegible] extra ordinem, nego,
quia cum de facto sit partis et acceptatio Dei ut solum habent quae, gratia sit principium meriti, hinc
est [illegible]. = R. 2. nego antecedens; quia ex Scot. in 3. d. 18. q. [illegible] [illegible], non est de ratione meriti
de condigno, quod sit in illo, cui praemium confertur; nisi quod quis solum meretur, et non aliis; quia quod unus
pro alio meretur, meritum est in merente, et praemium in illo pro quo meretur, et pro quo acceptatur.

Nullus potest Deo satisfacere pro suo proprio peccato: ergo multo minus pro peccatis aliorum. Arg. 11:
quia potest quis plus pro se quam pro aliis. = R. 1. nego antecedens; quia de potentia Dei absoluta, potest tan-
ti potest condigna satisfactio pro peccato proprio saltem mortali, quod veniali ut in [illegible]
nito probant Scoti Theologi cum Scot. in 3. d. 2. et in 4. d. 13. q. 1. art. 2. Sed quantum
adistud. = R. 2. distinguo antecedens, nego consequentiam; quia homo iustus potest aliis mereri, quamvis ipsi
non meretur. Ut patet in Beatis, qui nobis plura merentur, et ipsis mereri non possunt. Sed dices:

7. mo arguitur: homini non expediri potest: quod si non remittitur culpa, nec remittitur poena debita accep-
ta per locum: quia dum adest culpa est reatus ad poenam; sed per hoc est culpa non remissa: ergo et poena.
= R. distinguo antecedens: culpa est reatus ad poenam, debitam de potentia ordinaria, concedo; de potentia absoluta, nego. Quia ad poenam privativam, subdistinguo:
satisfactio quaedam remissione poenae, [illegible] privativae, nempe, dolor [illegible] poenae hominis, vel
[illegible] beneficii.

Quaestio 3.a An Christi Domini satisfactio fuerit infinita in valore morali?

Articulus primus, aliquibus notatis resolvitur quaestio.

Certamen magnum inter doctores est, solum contra paucos est praesens quaestio, ut quae eius complementum caput ex aliqua supponendo, et 1.um est, quod hic non quaeritur de infinitate; nam communis theologorum sententia est, quod Christi Domini merita fuerint infinita. qua tamen infinitate dubitatur. 2.o est supponendum, quod non loquimur de operibus physice sumptis; nam etiam omnes conveniunt, quod non fuerint simpliciter infinita talia opera. Verum solum de valore morali eorum operum est difficultas: an, scilicet, Christi Domini opera fuerint simpliciter infinita moraliter?

3.o est supponendum, quod meritum apud omnes est: obsequium cedens in utilitatem, aut honorem alterius, movens ipsum suo complacentia remuneratorem, ut merenti aliquod praemium conferat. quae de ratione in omnibus fere coincidit cum definitione tradita a Sub. d. in 3. d. 18. §. incepta quaestione. Unde opus, quod perfecte omnibus potest esse adaequatum motivum movens ad aliquod praemium retribuendum, vocatur meritum condignum; opus autem, quod solum inadaequate movere potest remuneratorem ad praemium conferendum, ita ut in ipso praemio conferre gratia interveniat promerentis, supplendo operis aestimationem, meritum congruum appellatur.

Ex qua doctrina manifeste infert, quod omnes, qui Christi meritum esse simpliciter infinitum asserunt, fateri debent, quod quodlibet opus Christi habet infinitam acceptabilitatem passivam, sive infinitam virtutem movendi Deum ad praemium conferendum; quia cum meritum intrinsece constituatur per virtutem movendi remuneratorem; consequenter infinitum meritum dictum debet per virtutem infinitam movendi promerendum ad praemium conferendum. quod etiam constat: nam ratio particularis non destruit rationem communem, sed potius illam perficit: ut patet in infinite superaddita sapientia, quae non immutat rationem sapientiae, sed eam potius in sapientia ratione perficit: ergo pari ratione de merito.

4.o est supponendum, quod si meritum Christi est infinitum, simpliciter negandum est fatendum, nullum Christi opus in ratione meriti esse maius altero: quia si unum excederet ab alio, absdubio excessum non haberet infinitum: cum infinitum in sua linea sit inexcedibile. Unde clare constat, quod meritum simpliciter infinitum haec duo importat: 1.um infinitam virtutem movendi voluntatem promerentis ad praemium conferendum; et 2.um, quod in ratione meriti, sive valoris moralis nullum excogitabile sit meritum, a quo excedi possit.

5.o est supponendum, quod praesens quaestio non procedit de valore sumpto in ordine ad Dei acceptationem, (de qua postea). Sed tantum est de valore morali operum Christi respectu; sive de sua ratione intrinseca in linea morali. Unde sensus est: an ex dignitate personae Christi Domini ita dignificentur eius opera, ut sint simpliciter infinita moraliter? ex quo est ultimo supponendum, quod meritum Christi potest esse infinitum dupliciter. nimirum simpliciter, entitative et formaliter, et tantum quid, sive extrinsece, et ratione alterius. 1.o modo esset, si Christi meritum haberet infinitatem, quam ipsum de suo haberet. 2.o modo, si tantum haberet quandam dignitatem a Deo Verbo, communicatam humanitati Christi, ex unione ipsius cum persona cum humana natura: ex qua unione cum dignificata maneat natura, consequenter actus humanitatis dignificati sunt, sed haec dignitas est extrinseca, et ratione alterius.

Circa hanc quaestionis difficultatem 2.x est opposita sententia. 1.a est Thomistarum firmiter asserentium Christi Domini merita esse simpliciter infinita in extimatione morali. quam sententiam etiam sequuntur aliqui scotistae a mente D. Sub. aberrantes, citati ss.[?] P.[?] Merin.o et P.[?] Delgadillo. 2.a est sententia, quae opposita tenet Christi opera in valore morali non esse simpliciter infinita, sed solum tantum quid. hanc tenent scotistae cum suo Sub. Mag.o in 3. d. 19. §. incepta quaestione. vers. quantum quoad valorem. et in 4. d. 18. q. 1. §. de 2.o dico. quam sententiam utrumque indico, qua ego ut veritati illam excedo subsequens conclusio.

Sit q.^a nra. dico: Christi Dni. satisfactio in ordine morali non fuit simpliciter infinita, de dantis ex intrinseco, et de se quidem. Hanc dico duplici ratione probari; quarum 1.^a probatur 1.º: quia velle aliquid Christi non est tanto acceptabilius, Deo ... quanto ... apud Deum, quantum ... aut volitio est velle divinum: ergo velle aliquid ..., quo meruit, non est simpliciter infinitum. Probatur 2.º quia infinitum simpliciter in aliqua linea existere non potest in ordine, aut ... linea; cum nullus opus ... valorem, quam infinitum: ergo. = Confirmatur: quia si Spiritus Sanctus v.g. assumeret carnem, opera humanitatis eius essent etiam divinum infinita in ad... sanctitatis ... pro eodem ... supposito: ergo Christi Domini opera non sunt divinum simpliciter infinita. Probatur 3.º: quia in eadem linea non possunt dari duo infinita simpliciter rei ... cum ... dare infiniti sit non habere superius, nec aequale, et seu identificare omne eiusdem rationis et perfectionis: ergo cum meritum Spiritus Sancti, si humanitatem assumeret, esset aequale merito Christi, ex utriusque merito resultaret maius meritum, evidens est, quod Christi meritum non est infinitum simpliciter, et intrinsece.

Probatur 2.º dico: Christus merere non potuit plus, quam Deus praemiare potuit: ergo Christi meritum non est intrinsece infinitum. Consequentia patet: quia Christus non est maior Deo; etiam quia ... et meritum est negatio ... Probatur antecedens: quia Deus non potest conferre merenti gloriam intrinsece et formaliter infinitam; ergo si Deus nequit dare praemium simpliciter infinitum, certum est, quod meritum Christi non est infinitum simpliciter. Probatur antecedens: quia quidquid Deus ... dare ... praemium ..., est intrinsece finitum; alioquin sequeretur, quod ille, qui tali praemiaret gloria, gloriam dando fuerit, quanta Deus fuit ... etiam quia si Deus praemiaret, vel conferre posset infinitum praemium, ex hauriret ... praemiandi ... praemia simpliciter infinita, in ... etiam impossibile meritum infinitum simpliciter.

Probatur 3.º dico: meritum simpliciter infinitum habere debet infinitam acceptabilitatem passivam in ordine ad actualem acceptabilitatem praemiantis; sed merita Christi non habent infinitam acceptabilitatem passivam: ergo non simpliciter sunt infinita. Probatur minor: quia ut omnes fatentur, Deus suo iure et dominio utens potuit non acceptare Christi opera; sed si Christi merita essent infinite acceptabilia, Deus non posset non acceptare talia opera: ergo. Probatur minor: quia hic est bona consequentia: hoc est infinite amabile: ergo hoc Deus negare amare: ergo pariter hic est bona consequentia: hoc est infinite acceptabile: ergo Deus illud negare acceptare. Probatur consequentia: quia ideo bonum infinitum est infinite amabile, quia ratione sui infinita bonitas exigit amorem infinitum; sed ... meritum est simpliciter infinitum: ergo ratione sui infinitum exigit infinitam acceptabilitatem, quae est dotium acceptantis, sicut amoris dotium ... Si Deus potuit non acceptare Christi merita, evidens signum est, quod non fuerunt simpliciter infinita.

Probatur 4.º dico; et est ... ratio ... ad ...: ideo ... Christi merita sunt simpliciter infinita, quia habent formam digni ..., quae est simpliciter infinita; sed haec ratio non probat: ergo. Probatur minor: quia stat bene, quod forma sit simpliciter infinita, et quod non possit effectum formalem infinitum; quia finito modo communicat subiecto: sed sic evenit in meritis Christi: ergo minor probatur: nam ideo ipsa ... subsistens, quamvis sit formaliter infinita, non reddit humanitatem infinite sanctam, quia ei communicatur finito modo. Minor probatur: quia forma dignificans opera Christi est ... ; sed haec modo finito communicatur operibus; cum solum communicet modo unione, quae est quid finitum: ergo.

Confirmatur haec ratio: quia forma eo modo, quo unitur subiecto, illi perfectionem ... ; nam perfectio subiecti non commensuratur perfectione formae, sed ... maius vel minus, quo forma exhibet subiecto: ergo tunc forma ... possidetur a subiecto, quod ei ... modo communicatur; sed forma dignificans opera Christi non unitur ipsis operibus perfectissime ...; cum haec sit per dependentiam, et non ... ratione unione illis uniret: ergo ... perfectio esset in operibus Christi, si possibile ... = Confirmatur 2.º: quia ... opera non habent infinitam simpliciter. Cum ... operibus ... tali ... unione non est humanitas infinite sancta: ergo nec eius opera infinite aestimabilia.

Stendit Thomista quod hoc est verum in linea physica, in qua forma finito modo communicatur, non de in linea morali; in qua forma dignificans ... operibus. =

Sed quia dum de valore operis loquimur, agimus de valore vero et reali operum Christi: sed fra, a qua dicta opera valorant, quamvis sit infinita, non communicat operibus suum totum dignitatem, ergo. Prob. min.: quia cum Personalitas suum totum dignitatem se communicare operibus, necesse est aliquid quo, quod in ordine ad aestimationem eodem modo se haberent ac ipsa divina Personalitas. Sed hoc est impossibile: ergo. Prob. min.: quia valere Christi, quo meruit, est quid creatum; sed quid creatum non est ita aestimabile, sicut id, quod extenderetur ultra divinam Personalitatem: ergo opera Christi non sunt ita aestimabilia ac est Personalitas divina; atque inde haec non communicat operibus suum totum dignitatem.

